ORDO

DIVINI OFFICII PERSOLVENDI

IN

DIOECESI KIELCENSI

ANNO DOMINI

1929

ORDO
DIVINI OFFICII PERSOLVENDI
SACRIQUE PERAGENDI


IN

DIOECESI KIELCENSI

ANNO DOMINI

1929

SERVANDUS.



KIELCIIS 1928.

Nr. 1400.

IMPRIMATUR.

Kielciis, die 1 Julii 1928 an.

† AUGUSTINUS Eppus.

(L. S.)



TYPIS OFFICINAE TYPOGRAPHICAE „JEDNOŚĆ".

COMPUTATIO TEMPORUM.

A nativitate **D. N. Jesu Christi** annus	1929
Ab illuminatione gentis Polonae lumine fidei annus . .	963
Pontificatus Vicarii Christi, SS. D. Pii XI, a die 6 Febr an. .	7

Tabula temporaria pro anno Domini 1929.

Aureus Numerus . . .	11	Indictio Romana . . .	12
Epacta	XIX	Littera Martyrologii . .	u
Cyclus Solaris	6	Dom. post Epiphaniam .	2
Littera Dominicalis . .	f	Dom. post Pentecosten .	27

Festa Mobilia.

Dom. Septuages. .	27 Jan.	Dom. Pentecostes .	19 Maii
Dies Cinerum . .	13 Febr.	Fest. SS. C. Christi .	30 Maii
Pascha Resurrect. .	31 Mar.	Dom. I. Adventus .	1 Dec.
Ascensio Domini .	9 Maii		

Quatuor anni tempora.

Verna . .	20, 22, 23 Febr.	Autumn. . .	18, 20, 21 Sept.
Aestiva . .	22, 24, 25 Maii	Hyemalia . .	18, 20, 21 Dec.

Nuptiarum Solemnia.

Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest. — Solemnis nuptiarum benedictio vetatur a I Dom. Adventus usque ad diem 25 Decembris inclusive, et a fer. 4 Ciner. usque ad diem 30 Martii inclusive. — Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis, ut a nimia pompa abstineant (can. 1108, §§ 2 et 3).

Confessio et SS. Communio Paschalis

incipit *Dom. Septuages.* duratque ad *Solemn. Corporis Chr.* inclus.

O POŚCIE.

W ciągu roku post obowiązuje w sposób następujący:

1. **Raz na dzień do syta** (przy obiedzie) **bez mięsa,** lecz **tylko pokarmy mleczne,** można jeść:

a) w środę Popielcową,

b) we wszystkie piątki i soboty Wielkopostne,

c) w Suche dni całego roku,

d) w wigilje: Zielonych Świąt, Wniebowzięcia Matki Bożej, Wszystkich Świętych i Bożego Narodzenia.

We wszystkie dni powyższe do potraw można dodawać przyprawę (okrasę) z tłuszczów zwierzęcych i spożywać pozostałe po topieniu skwarki. Nie wolno jednak jeść mięsa, rosołu mięsnego i zup z mięsa sporządzonych. Wolno także spożywać w te dni **lekkie śniadanie i wieczerzę z mlekiem,** byle nie do sytości.

2. **Raz na dzień do syta** (przy obiedzie) **z mięsem** wolno jeść — **w** poniedziałki, wtorki, środy i czwartki **Wielkiego Postu. Śniadania i kolacje** w te dni powinny być **bez mięsa.**

Uwaga. Jeść do syta należy z reguły w zwyczajnej porze obiadowej. Można jednak zamiast obiadu spożyć skromną wieczerzę, a zamiast wieczerzy zjeść obiad dosyta.

3. **We wszystkie piątki** — poza Wielkim Postem — wolno jeść **kilka razy w dzień do syta z mlekiem,** lecz bez **mięsa.**

4. **We wszystkie soboty** — poza Wielkim Postem — wolno jeść **z mięsem kilka razy w dzień do syta.**

5. **Niema żadnego postu:**

a) we wszystkie **niedziele** całego roku;

b) gdy w piątek lub inny post wypadną **uroczystości:** Bożego Narodzenia, Nowego Roku, Trzech Króli, Wniebowzięcia M. B., Niepokalanego Poczęcia N. M. P., św. Piotra i Pawła, Wszystkich Świętych.

6. **W wielką sobotę** od południa post wszelki ustaje.

7. Jeżeli **wigilja z postem** przypada na niedzielę, to post nie przenosi się na poprzedzającą sobotę, jak to było dotąd, lecz post ten w danym roku ustaje.

8. Kto nie może dostać w dni postne w odpowiedniej ilości środków żywności postnych, kto ciężko choruje, kto pracuje ciężko, kto jest rzeczywiście ubogi, — ten jest wolny od wszelkich postów.

9. Nowe prawo nie zwalnia od postów tych, do których obowiązany jest ktoś na mocy ślubów, lub konstytucyj zakonnych albo zgromadzenia, chociażby ono ślubów nie miało.

10. J. E. ks. Biskup kielecki zważając na ciężkie warunki wyżywienia w czasie obecnym, pozwala używać pokarmów mięsnych t. j. obiad do syta, a przy śniadaniu i kolacji posiłek lekki we wszystkie dni roku, oprócz Wielkiego Piątku, wszystkim osobom świeckim, które zmuszone są jadać w restauracjach, jadłodajniach, lub otrzymywać z nich pokarm, tudzież tym, którzy w podróży zmuszeni są jeść w restauracjach kolejowych.

Uwaga. Post lekki (t. j. wstrzymanie się od mięsa, a pożywanie potraw mlecznych kilka razy w dzień do syta), obowiązuje wszystkich od skończonego 7-go roku życia aż do śmierci.

Post ścisły (czyli jedzenie raz na dzień do syta potraw mlecznych, albo względnie mięsnych, prócz lekkiego śniadania i kolacji) obowiązuje tych, którzy skończyli 21 rok życia, aż do początku roku 60.

ORDO

SERVANDUS IN CELEBRANDIS MISSIS VOTIVIS PRIVATIS.

Mis. vot.	Color	Missa	Gloria	Oration.	Credo	Praef.	In fine
SS. Trinitat.	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino
Spir. Sancti	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino
SS. Sacram.	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Nativ.	Benedic. Domino
Passionis	Viol.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	Benedic. Domino
S. Crucis	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	Benedic. Domino
SS. Cordis Jesu	Albus	*Miserebitur*	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	De Cruce	Benedic. Domino
B. M. V.	Albus	Propr.	Omitt. nisi in Sab.	2 diei curr. 3 de Sp. S.	Omitt.	Propr. *(c)*	Benedic. In Sab. *Ite miss. est*
Angelor.	Albus	Propr.	Semp. dicitur	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Com. *(d)*	Ite missa est.
S. Ioseph.	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. *(a)*	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino
Apostol.	Rubeus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr. *(a)*	Omitt.	Propr.	Benedic. Domino
Sanctor.	Festi	Propr. vel de Com.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	Com. *(d)*	Benedic. Domino
Pro quacumq. necess.	Viol.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	Benedic. Domino
Pro Infirm.	Viol.	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	Benedic. Domino
Pro Sponsis	Albus	Propr.	Omitt.	2 et 3 diei curr.	Omitt.	id.	Benedic. Domino
Pro Defunct.	Niger	Ut in Miss.	Omitt.	ut in Miss. *(b)*	Omitt.	Propr.	Requiesc. in pace

a) In Missis S. Ioseph vel Ss. Petri et Pauli, quando habetur or. *A cunctis,* omittuntur eorum nomina.

b) In tribus primis Missis (sive cantatis sive lectis) unica oratio; in quotidianis vero (sive lectis sive cantatis) tres orationes, quarum prima *Deus, qui inter Apostolicos,* secunda *Deus, veniae largitor,* ultima autem *Fidelium,* si Missa celebretur PRO DEFUNCTIS IN GENERE. — Si vero Missa celebretur pro defuncto vel defunctis CERTO DESIGNATIS, prima oratio erit pro ipso (vel ipsis), secunda ad libitum, ultima semper *Fidelium.*

c) Etiamsi persolv. Off. de B. M. in Sabb., dic. Praef. B. M. V. *et te in veneratione.*

d) i. e. de Officio commemorato, vel de Octava, vel de Tempore, vel Communis.

N. B. In fine omnis Mis. vot. dctr Ev. *In princip.*, nisi facta fuerit comm. Dom., fer. habentis Mis. propr., Vigil., d. oct. Epiph., aut infr. oct. Pasch. et Pent., vel festi habentis Evang. proprium.

Orationes in die ritus simplicis possunt dici etiam quinque vel septem ad libitum; in die ritus duplicis omittitur 3-a oratio de Temp. — In Miss. votiv. Ss. Innocentium adhib. col. *rubeus.*

Regulae in Missae celebratione servandae.

I.

De Missa celebranda in propria ecclesia vel in proprio oratorio privato.

In propria ecclesia vel in privato proprio oratorio, diebus Missas votivas vel de requie vel alias ut infra impedientibus, Missa regulariter conveniat cum Officio Celebrantis. Pro omnibus autem peculiare indultum non habentibus, Missa in oratorio privato prohibetur diebus solemnioribus, nempe:

1-o in solemnitatibus Nativitatibus Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes;

2-o in festis Assumptionis et Conceptionis Immaculatae B. M. V.;

3-o in festis S. Ioseph, sponsi B. M. V. (19 martii) et Ss. Apostolorum Petri et Pauli (29 iunii);

4-o in festo Omnium Sanctorum;

5-o in ultimo triduo Maioris Hebdomadae.

Ubi vero ex indulto solemnitas quorumdam festorum in Dominicam transfertur, aut suppressa est, Missa in oratoriis privatis permittitur tum die qua celebratur Officium, tum die in quam transfertur solemnitas.

II.

De Missa celebranda in alienis ecclesiis aut oratoriis.

In alienis ecclesiis vel oratoriis publicis, diebus Missas votivas vel de requie vel alias ut infra impedientibus, Missa

regulariter debet omnino convenire cum Officio loci, non autem Celebrantis; ceteris vero diebus, Sacerdos Missam celebrare potest Officio vel loci vel proprio conformem, more tamen festivo; vel de requie, vel votivam, vel aliam ut infra.

Item Calendario loci, non vero Celebrantis, respondere debent Missae, quae celebrantur in oratorio semipublico, sive in cappella principali, seminariorum, collegiorum, piarum communitatum, hospitalium, carcerum, et similium.

In alienis autem oratoriis privatis et in oratoriis secundariis piarum communitatum, recte adhibetur Calendarium Celebrantis, sed adhiberi potest Calendarium loci.

III.

De Missa votiva cantata pro re gravi.

Esse potest de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto, de BMV., vel de quolibet Sancto canonisato et descripto in Martyrologio Romano, necnon pro quacumque necessitate, ceterisque indigentiis, ut in fine Missalis. Res porro gravis, ob quam licet Missam illam decantare, praesto est, quando implorandum sit divinum auxilium in urgenti aliqua necessitate aut gratiae agendae pro insignibus beneficiis obtentis; haec gravis causa pro qualibet vice adprobanda est ab Ordinario loci.

Haec Missa votiva cantata prohibetur:

1-o in Dominicis I classis;

2-o in duplicibus I classis;

3-o feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Mai. Hebdomadae;

4-o in Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes;

5-o in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

6-o in ecclesiis unam tantum Missam habentibus die 2 Februarii, si fiat benedictio Candelarum; in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

His diebus additur orationi Missae, sub unica conclusione, commemoratio Missae votivae, non tamen in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum neque in duplicibus I classis

primariis Domini universalis Ecclesiae (exceptis fer. II et III Pasch. et Pentec. in quibus commemoratio nihilominus permittitur), nec insuper si Officium vel Commemoratio sit de identico Domini mysterio vel de eadem Sancti Persona.

Haec Missa votiva canitur tono festivo, cum *Gloria* (nisi color sit violaceus) et *Credo*... et (nisi de die missa cantetur vel dicatur convent.) cum commemoratione et ult. evangelio tantum de Dominica quavis, de feria maiori, de Rogationibus, et de aliqua ex vigiliis aut octavis privilegiatis, (omtr evang. si idem sit ac in festo) et de dx. II clas. (de quo omtr evang. nisi sit vere proprium); si tamen Missa erit pro gratiarum actione, addetur sub unica conclusione cum prima orat. oratio *Deus, cuius misericordiae.*

Haec tamen Missa cani nequit die qua fit officium aut commemoratio vel occurat vigilia aut dies infra octavam, quamvis simplicem, de identico Domini mysterio vel de eadem Sancti Persona, de qua canenda esset votiva; huius loco celebranda est Missa quae officio vel commemorationi, vigiliae aut octavae convenit, cum commemorationibus, quae in ipsa Missa votiva faciendae essent et supra indicantur.

IV.

De Missa cantata Patroni vel Titularis, vel alius festi transferendi, vel alias solummodo impediti, vel commemorati aut cuiuscumque Sancti in Martyrologio descripti.

I. Si festum Patroni principalis, aut tituli vel Dedicationis propriae ecclesiae, vel etiam Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, per accidens impediatur, de eo in sua die permittitur una Missa in cantu, vel commemoratio in Missa cantata diei currentis iisdem conditionibus quibus permittitur Missa votiva cantata pro re gravi, ut supra, tit. III.

Idem servatur in ecclesiis, ubi *cum magno populi concursu, cuius rei iudex erit loci Ordinarius,* celebretur festum quod transferri, aut commemorari vel accidentaliter omitti debeat, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat

in Martyrologio vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis adprobata. Huiusmodi tamen Missa dicenda est cum commemorationibus, quae respondeant ritui duplici I vel II classis, si sub hoc ritu festum in proprio Calendario fuerit inscriptum; secus cum omnibus commemorationibus, quae respondeant ritui duplici maiori et minori congruentibus.

II. Si in alipua Dominica reponatur solemnitas externa festi Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae ecclesiae, aut etiam Tituli vel Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecendentem hebdomadam occurrerit, *cani potest Missa de solemnitate translata,* et de ea pariter *legi potest unica Missa,* nisi occurrat Dominica maior vel duplex I classis; quo in casu in Missa de die additur oratio de solemnitate externa impedita, uti dictum est de Missa votiva cantata pro re gravi, sub tit. III.

III. **De festis duplicibus** maioribus vel minoribus aut semiduplicibus, impeditis sive perpetuo vive accidentaliter, dici possunt Missae etiam privatae ad libitum sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit:

1-a Duplex I vel II classis;

2-o Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita;

3-o Octava Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

4-o Dies octava privilegiata III ordinis, v. g. Ascensionis;

5-o Feria IV Cinerum, fer. II, III, IV Mai. Hebdom.;

6-o Vigilia Nativitatis Domini, Epiphaniae et Pentecostes.

IV. **De quovis Officio** ad Laudes commemorato, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa de fiat in Martyrologio vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis approbata, dici possunt ritu festivo Missae etiam privatae singulis diebus, praeterquam:

1-o In officiis duplicibus;

2-o In quavis Dominica etiam anticipata, vel, licet quoad solam Missam, primo reposita;

3-o In octavis privilegiatis: nempe Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi;

4-o Toto tempore Quadragesimae;

5-o In feriis Quatuor Temporum;

6-o In feria II Rogationum;

7-o In qualibet vigilia.

V.

De Missis privatis ad libitum in feriis aut vigiliis.

In feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et vigiliis, si occurrat officium duplex aut semiduplex (non tamen si occurrat duplex I aut II classis, aut Octava privilegiata II ordinis, v. g. Corporis Christi), Missae privatae dici possunt ad libitum sacerdotis aut de officio diei cum commemoratione feriae vel vigiliae, aut de feria vel vigilia cum commemoratione officii diei.

VI.

De Missis in oratione XL Horarum.

I. Iuxta Instructionem Clementinam pro oratione XL Horarum, ad exponendum et reponendum Ss. Sacramentum solemniter canitur, in altari expositionis, Missa votiva Ss. Sacramenti (sine Sequentia) cum *Gloria, Credo* et Praefatione de Nativitate. Si vero occurrat Officium aut commemoratio aut dies infra octavam, etiam simplicem, *de identico Domini mysterio* (nempe de Ss. Corpore Christi, de Sacratissimo Corde Iesu, de Passione, de Cruce, de Ss. Redemptore, de Pretiossimo Sanguine), tunc loco Missae votivae Ss. Sacramenti canitur (more votivo solemni) Missa Officio aut commemorationi aut octavae conveniens.

II. In Dominicis privilegiatis I classis, in festis duplicibus I classis, feria quarta Cinerum, feria secunda et tertia et quarta Maioris Hebdomadae (a mane autem feriae quintae in Coena Domini usque ad mane Sabbati sancti cessat praedicta expo-

sitio), vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione Ss. Sacramenti (etiam in festis solemnioribus) sub unica conclusione cum prima oratione; sed haec commemoratio omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurrens sit *de identico Domini mysterio* (ut in § 1 explicatur).

III. Quando in Missa solemni diei currentis fit commemoratio Ss. Sacramenti sub unica conclusione cum prima oratione (ut in § II indicatur) dicitur *Credo* (nisi Missa sub ritu simplici celebratur), Praefatio de Nativitate Domini (nisi Missa propriam habeat Praefationem) et ultimum Evangelium de Missa votiva Ss. Sacramenti (nisi Evangelium Dominicae vel vigiliae vel octavae legendum sit.

IV. Die medio expositionis, solemniter canitur Missa votiva *pro pace* in altari ubi Ss. Sacramentum non est expositum neque in tabernaculo asservatur. Haec Missa celebretur cum paramentis *violacei* coloris, sine *Gloria*, et (etiam extra Dominicam) *Credo*. Diebus autem notatis in § II, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione (sine ultimo Evangelio) de Missa votiva *pro pace* (etiam in festis solemnioribus) sub unica conclusione cum prima oratione, et cum *Credo* (nisi Missa sub ritu simplici celebretur).

V. Tam in Missa votiva solemni Ss. Sacramenti vel *pro pace*, quam in Missa solemni quae locum tenet huiusmodi Missae votivae impeditae, fit tantum commemoratio de duplici II classis, de Dominica quavis, de feria Adventus vel Quadragesimae vel Quatuor Temporum, de Rogationibus, de vigilia Epiphaniae et de qualibet octava privilegiata.

VI. Tam in Missa votiva solemni *pro pace*, quam in Missa solemni quae locum tenet huiusmodi Missae votivae impeditae, addatur collecta (sine Praefatione et ultimo Evangelio) de Ss. Sacramento, etiam in festis solemnioribus, numquam autem sub unica conclusione cum oratione Missae, sed post orationes a rubricis praescriptas; haec tamen collecta omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurrens sit *de identico Domini mysterio* (ut in § I explicatur).

VII. Missae privatae tempore expositionis dicuntur de Festo vel Officio occurrenti sine *Credo* (nisi Symbolum Missae competat), cum collecta (sine Praefatione et ultimo Evangelio) de Ss. Sacramento, etiam in festis solemnioribus, post orationes a rubricis praescriptas; haec tamen collecta omittatur, si Missa vel commemoratio in Missa occurrens sit *de identico Domini mysterio* (ut in § 1 explicatur), et in Missis quae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur. Diebus autem quibus Missae votivae privatae a rubrica permittuntur, conveniens est dicere Missam votivam Ss. Sacramenti cum paramentis *albi* coloris, sine *Gloria* et sine *Credo,* cum secunda oratione quae in Missa diei currentis secundo loco dicenda esset, cum Praefatione de Nativitate Domini et *Benedicamus Domino* in fine.

VIII. Die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum non licet celebrare Missam votivam solemnem Ss. Sacramenti vel *pro pace;* sed si ea die fiat expositio aut repositio Ss. Sacramenti pro oratione XL Horarum, huiusmodi expositio sequatur, repositio vero cum processione praecedat Missam cantatam de die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum (in qua omittitur quaelibet commemoratio pro vivis). Missae autem privatae tempore expositionis illa die dicuntur de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum cum paramentis *violacei* coloris et extra altare expositionis.

IX. Diebus quibus exponitur et reponitur Ss. Sacramentum, cantantur Litaniae, preces et orationes quae dici debent in expositione XL Horarum, prouti exstant in appendice Ritualis Romani.

X. In omnibus Missis, quae tempore expositionis celebrantur, non pulsetur campanula ad *Sanctus* neque ad elevationem.

XI. Sacerdos celebraturus, calicem gestans et transiens ante Ss. Sacramentum publicae venerationi expositum, prius utrumque genu flectat, deinde caput detegat et profunde inclinet, postea cooperiat caput et surgat.

VII.

De Missa votiva Ss. Cordis Iesu.

Prima feria VI cuiusvis mensis in Ecclesiis et Oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peraguntur, permittitur unica Missa (solemnis vel lecta) de eodem Sacr. Corde Iesu.

Haec autem Missa, etiamsi dicatur sine cantu, celebratur cum privilegiis Missae votivae cantatae pro re gravi; ideo in ea dicuntur *Gloria* et *Credo,* fit commemoratio de duplici II classis ac de feria maiori, nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa conventualis. Dicuntur quoque collectae imperatae pro re gravi.

In Missa *Miserebitur* dicitur Praefatio de Cruce; in Missa autem *Egredimini* Praefatio de Nativitate quovis anni tempore; ad introitum, offertorium et communionem, extra tempus paschale, omittuntur *Alleluia.*

Prohibetur tamen:

1. Diebus quibus fit officium aut commemoratio de quolibet festo Christi Domini, in vigilia Epiphaniae, diebus infra octavam, quamvis simplicem, cuiuslibet festi Christi Domini, atque in festo Purificationis B. M. V. (quod festo Christi Domini aequiparatur). Omnibus his diebus, loco Missae votivae de Ss. Corde Iesu, dicitur more votivo solemni Missa de occurrente festo aut vigilia aut octava, sine commemoratione Ss. Cordis Jesu.

2. Die secunda vel tertia vel quarta mensis ianuarii, qua die more votivo solemni dicitur Missa *Puer natus est nobis* de die trigesima decembris sine commemoratione Ss. Cordis Jesu.

3. Feria VI post octavam Ascensionis, qua die more votivo solemni dicitur Missa de Dominica infra octavam Ascensionis, sine commemoratione Ss. Cordis Iesu.

4. In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, qua die prohibentur tum Missa tum commemoratio Ss. Cordis Iesu.

5. In festis duplicibus I classis (quae non sint de Christo Domino), infra octavam Pentecostes et infra octavas alicubi privilegiatas (quae non sint de Christo Domino): quibus diebus

more votivo solemni dicitur Missa diei currentis, addita commemoratione de Ss. Cordis Iesu sub unica conclusione cum prima oratione.

6. In ecclesiis ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat; item diebus festis de praecepto, etiam suppressis in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus, quibus in casibus, more votivo solemni dicitur Missa conventualis vel parochialis, addita commemoratione Ss. Cordis Iesu sub unica conclusione cum prima oratione.

VIII.

De Missa votiva pro Sponsis.

Permittitur quotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive ad feriam IV Cinerum exclusive et a die Paschatis exclusive ad I-am Dominicam Adventus exclusive. Permittitur etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci ex iusta causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen:

1-o diebus Dominicis et festivis de praecepto, etiam suppressis;

2-o in duplicibus I et II classis;

3-o in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

4-o infra octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

5-o in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

6-o in feriis privilegiatis, nempe: feria IV Cinerum, feria II, III et IV Mai. Hebdomadae;

7-o diebus Rogationum, si fiat processio, in ecclesiis unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa dicitur sine *Gloria* et sine *Credo,* cum *Benedicamus Dno* in fine. Tres extra hebdomadam Passionis dicuntur orationes, si vero celebretur in festo ritus duplicis; fiunt tantum commemorationes occurrentes, et omittitur tertia oratio de tempore.

Diebus ut supra impeditis, etiam tempore clauso, si intercedat Ordinarii permissio, legitur Missa de die cum commemoratione pro sponsis sub unica conclusione cum prima, ac datur benedictio pro eis propria, praeterquam in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, in qua et Missa et oratio et benedictio prohibetur.

IX.

De Missis votivis cantatis pro re non gravi.

Missae votivae cantate, quamvis non sint pro re gravi, permittuntur quandocumque non occurit Officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita; sed prohibentur:

1-o feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

2-o in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae, et Pentecostes;

3-o infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4-o in ecclesiis unam tantum Missam habentibus diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

X.

De Missis votivis sine cantu.

Missae votivae sine cantu permittuntur, ex rationabili tamen causa, quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad officium, reposita; sed etsi dicantur pro aliqua causa gravi, prohibentur;

1-o in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; a feria IV Cinerum usque ad feriam IV Maioris Hebdomadae inclusivae; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post octavam Ascensionis);

2-o in omnibus vigiliis;

3-o infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4-o diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii) etiamsi tantum commemoratis;

5-o diebus in quibus primo resumitur Missa Dominicae impeditae;

6-o in ecclesiis unam tantum Missam habentibus diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

XI.

De Missis defunctorum pro diebus privilegiatis.

I. MISSA UNICA CANTATA (vel etiam, pro pauperibus, lecta) pro die obitus, etiam absente rationabilem ob causam, vel iam sepulto cadavere, permittitur in ecclesia, ubi exeqiale funus defuncti agitur, sed prohibetur:

1-o In festis Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ss. Trinitatis, Corporis Christi, Conceptionis Immaculatae, Annunciationis et Assumptionis B. M. V., Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph (19 Martii, ac feria IV infra hebdomadam II post octavam Paschae), Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, et ultimo triduo maioris hebdomadae, non autem feriis II et III post Pascha et Pentecostes.

2-o In festis Dedicationis ac Tituli ecclesiae ipsius in qua funus agi deberet.

3-o In festo Patroni principalis loci, et pro religiosis Institutis, in festis Tituli ac Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis.

Si solemnitas externa horum festorum fuerit in Dominicam translata, Missa exequialis prohibetur tantum in Dominica in qua agitur solemnitas.

Quoties haec Missa ut supra impeditur, transferri potest in proximioren sequentem diem similiter non impeditam.

Quod si in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum agatur exequiale funus alicuius defuncti, sumatur prima Missa et in ecclesiis et oratoriis ubi prima Missa solemniter celebrata fuerit, aut pro Officio diei distincte sit dein celebranda dicatur secunda, aut demum tertia Missa addita tamen in ipsa Missa exequiali, sub unica conclusione, oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus.

II. MISSAE PRIVATAE in ecclesia aut oratorio publico, ubi exequiale funus defuncti solemniter agitur, dici possunt de requie pro die obitus ut supra (dummodo pro ipso defuncto applicentur); prohibentur vero:

1-o in Dominicis aut festis de praecepto, licet suppressis;

2-o in duplicibus I vel II classis, etiam translatis;

3-o in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

4-o in Vigiliis Nativatis, Epiphaniae et Pentecostes;

5-o Feria IV Cinerum, II, III et IV Maioris Hebdomadae;

6-o infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aut alias octavas alicubi privilegiatas.

Huiusmodi Missae privatae pariter celebrari possunt, unica die ad libitum, ab obitu usque ad depositionem defuncti in oratoriis semipublicis, quae deficiente ecclesia vel oratorio publico horum locum teneant; necnon quotidie per idem tempus in oratoriis semipublicis, quae locum ecclesiae vel oratorii publici non teneant, et in eratoriis stricte privatis domus defuncti; dummodo cadaver sit physice praesens in domo, ubi erecta sunt ipsa oratoria, et dies impedita non occurrat..

III. MISSA UNICA CANTATA VEL LECTA in die III, VI, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione defunctorum et opportuniori die post acceptum mortis nuntium permittitur in qualibet ecclesia, dummodo non occurrant dies qui Missas privatas pro die obitus, ut supra, impediant; quo in casu, huiusmodi Missa in proximiorem diem pariter non impeditam anticipari, si anticipari valeat, aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.



Idem servatur pro unica Missa cantata in anniversariis quae extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habentur.

Idem quoque servatur pro Missis quae per octiduum a Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peraguntur quae tamen Missae extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Item, in ecclesia vel oratorio publico ac principali sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de requie; dommodo non occurrat Dominica, aut festum de praecepto, licet suppressum, duplex I vel II classis, etiam translatum, aut aliqua ex Feriis. Vigiliis vel Octavis privilegiatis (ut supra). Hoc tamen privilegium non favet aliis ecclesiis vel cappellis extra coemeterium, subter quas, licet ad legitimam distantiam, alicuius defuncti cadaver quiescit; neque ecclesiis, oratoris publicis et sacellis sepulcreti in quo olim cadavera sepeliebantur quod sepulcretum tamen qualibet ex causa derelictum est, ita ut defuncti sepeliri in eo non amplius soleant; neque ecclesiis, quae, licet circumiacens habeant coemeterium, tamen adiunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

XII.

De Missis quotidianis Defunctorum.

I. Missae quotidianae defunctorum SINE CANTU celebrari possunt quandocumque non occurrit Officium duplex aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium reposita; prohibentur tamen:

1-o infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas aiicubi privilegiatas;

2-o toto quadragesimali tempore, excepta in unaquaque hebdomada, post feriam IV Cinerum prima die libera a festo ritus duplicis, a feria Quatuor Temporum, a vigilia quavis et a feria privilegiata;

3-o in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; in feria II Rogationum non autem in feria VI post octavam Ascensionis;

4-o in omnibus vigiliis;

5-o diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii), etiamsi tantum commemoratis;

6-o diebus in quibus primo resumitur Missa Dominicae impeditae.

II. Missae quotidianae defunctorum IN CANTU permittuntur quandocumque non occurrit Officium duplex aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, seposita; sed prohibentur;

1-o infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

2-o in feria IV Cinerum; feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

3-o in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes.

XIII.

De qualibet Missa defunctorum.

QUAELIBET MISSA DEFUNCTORUM etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis ubi habeatur expositio Ss. Sacramenti, prohibetur toto expositionis tempore, praeterquam Missae de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Prohibetur insuper quoties urgeat obligatio Missae conventualis vel parochialis, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Item in ecclesiis unam tantum Mitsam habentibus, prohibetur die 2 februarii, feria IV Cinerum, Dominica Palmarum et in vigilia Pentecostes, si respective fiat benedictio candelarum, cinerum, palmarum aut fontis baptismalis, et in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio.

XIV.

De Missis conventualibus in choro dicendis.

I. In omnibus feriis Quadragesimae ac Passionis, in feriis Quatuor Temporum et in vigiliis communibus, si fiat oficium de festo duplici I vel II classis aut de octava privilegiata II ordinis (v. g. Ss. Corporis Christi), Missa conventualis in choro, cum assistentia choralium, dicenda est de officio currenti; altera vero Missa de feria aut vigilia legitur extra chorum, sine huiusmodi assistentia.

II. In iisdem feriis et vigiliis communibus, si fiat officium de festo duplici maiori vel minori vel sêmiduplici, Missa conventualis cum assistentia choralium dicitur de feria aut vigilia; altera vero missa de officio currenti legitur extra chorum.

III. In diebus Litaniarum tam maiorum quam minorum- si fiat processio et officium fuerit de festo duplici I vel II classis aut de octava Paschatis, Missa conventualis tam de officio diei quam de Rogationibus dicitur in choro, cum assistentia choralium. Si vero fiat processio et officium fuerit de festo duplici maiori vel minori aut semiduplici, in choro dicitur Missa de Rogationibus, et extra chorum, tam Missa de officio diei quam Missa de vigilia Ascensionis.

IV. In anniversariis electionis (vel translationis) et consecrationis Episcopi, in ecclesia cathedrali et in ecclesiis collegiatis dioecesis, praeter Missam conventualem de die, accedente quidem Episcopi mandato, in choro canitur etiam Missa de ipso anniversario, ad normam Missae votivae cantatae pro re gravi, ut supra, tit. III.

XV.

De orat. imperata.

Collectae ab Ordinario imperatae, prohibentur:

1-o in duplicibus I et II classis;

2-o in Dominicis I et II classis;

3-o in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

4-o in feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

5-o infra octavas Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

6-o in Missis votivis cantatis pro re gravi vel celebratis ad instar earumdam Missarum pro re gravi;

7-o quoties in Missa, iuxta rubricas, iam quatuor orationes dictae sint.

XVI.

De orationibus ad libitum in Missa dicendis.

I. Diebus ritus *simplicis,* exceptis feriis privilegiatis (nempe feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae), in Missis *lectis,* non tamen conventualibus, sive occurrenti officio sive votivis, plures orationes ad Celebrantis libitum dici possunt, et in iis, extra tempus paschale, etiam oratio pro defunctis apponi, dummodo orationes huiusmodi post orationes a rubricis praescriptas et collectas ab Ordinario imperatas locum habeant, et cum eis *septenarium* numerum non excedant atque *imparem* numerum retineant vel inducant; et oratio pro defunctis *penultimum* semper locum inter alias occupet.

II. In anniversario propriae ordinationis sacerdotalis, a die fixa mensis computando, si vigilia Nativitatis vel Pentecostes Dominica Palmarum aut duplex I classis non occurrerit, secus autem in proximiori sequenti die similiter non impedita, cuivis Sacerdoti licet, extra Missas defunctorum et post orationes a rubricis praescriptas, addere orationem *pro seipso sacerdote,* ut inter orationes diversas sub n. 20.

XVII.

Privilegium perpetuum tribus diebus per Hebdomadam cantandi Missas de Requiem.

SS. LEO PP. XIII. Rescripto de die 3 Iulii 1886 an. benigne annuit, ut *in perpetuum* in omnibus ecclesiis tantum parochialibus Dioecesis Kielcensis tribus cujuslibet hebdomadae die-

bus, **Missae de Requiem** cum cantu celebrari valeant — exceptis duplicibus I et II classis, festis de praecepto, necnon feriis, vigiliis, et octavis privilegiatis.

Quocirca notanduum:

1-o Indultum esse *locale*, non *personale;* — id est: non cuilibet sacerdoti licere *ter* per Hebdomadam vi praedicti indulti celebrare missas de Requiem, ubi voluerit, — sed in qualibet ecclesia parochiali tribus diebus per Hebdomadam ab ejusdem ecclesiae rectore assignandis missae in colore nigro etiam a pluribus sacerdotibus cantari possunt.

Pro Ecclesia Cathedrali Kielcen. ad servandum ordinem ab Excellentissimo Ordinario Loci ad cantandam missam de Requiem in qualibet hebdomada designantur sequentes dies, nampe: feria 2, 4 et Sabbatum; exceptis excipiendis, ut supra.

2-do Dies vero pro praedictis missis assignandi non sint duplicia I vel II classis, festa de praecepto, Dominicae, tandem Octavae, feriae et vigiliae privilegiatae.

3-o Missa cantanda est *quotidiana* cum 1-a or. quae apprime respondet intentioni postulantium (*ex orationibus diversis* in fine missalis); 2-a or. *ad libit.* celebrantis; 3-a *Fidelium Deus...* et Sequentia.

XVIII.

I. Missa pro parochianis.

Omnibus dominicis, festis diebus de praecepto, tum suppressis, et in festis patronorum principalium parochi aliiq. omnes animarum curam actu gerentes, Sacrosanctum Missae sacrificium pro populo sibi commisso applicare debent. Quae obligatio juxta decisionem SRC. est *personalis* simul et *realis,* eo nempe sensu, quod parochus in sua paroecia praesens, per se ipsum missam pro parochianis celebrare debet; quodsi legitime a paroecia abesset, satisfacit suae obligationi, missam per substitutum in propria ecclesia parochiali celebrari faciendo: nisi adversa valetudine impediatur, vel qua canonicus in ecclesia cathedrali aut collegiata missam conventualem celebrare teneatur, et tunc, per alium, in ecclesia sua parochiali missam pro populo applicare debet.

Parochus qui plures forte paroecias aeque principaliter unitas regat, aut praeter propriam paroeciam aliam vel alias in administrationem habeat, *unam tantum* debet Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare (Can. 446. 2). Onus illud a fortiori Episcopis incumbit post adeptam sedis possesionem.

II. **Renovatio SS. Sacramenti** hostiis consecrandis recentibus noviterque confectis fieri debet semel in hebdomade. Juxta aliquos sufficit singulis quindenis.

III. **Lampas** coram SS. Eucharistiae Sacramento de praecepto die noctuque continuo urdere debet *(22 Aug. 1699).*

IV. In Annivers. Ecclesiae consecratae ardere debent duodecim **cerei** per integrum et solum diem incipiendo a primis Vesp.

Adnotanda de officiis particularium ecclesiarum parochialium.

I.

1. Festa Tituli et Patroni parochiae celebrantur in ecclesia propria ritu *dx. 1 cl. cum Oct.*, nisi cadant: a) in tempus *Quadragesimae usque ad Dom. in Albis;* b) *Pentec. cum Oct.* et c) *a 17 Decembris usque ad Nat. Dni,* quo tempore Octavae particulares celebrari prohibentur.
2. Haec festa cedunt tantum *dx. 1 cl. primariis universalis Ecclesiae* — et tunc reponenda sunt in diem proxime sequentem; sed non reponitur eorum dies Octava.
3. *Dies Octava praedictorum festorum est rit. dxm. de qua in Festis dx. 1 cl.* primar. universalis Ecclesiae occurrentibus, nulla fit commemoratio, *in Dominicis* vero fit Off. de Dominica cum com. diei Octavae.
4. *In festis infra* Oct. fit comm. Octavae in utrisque Vesp.,*) Laud. et Missa, post com. dx. vel sdx. — In Ms. Gl. Cr. et Prf. festi, si habet propriam, alioquin de Comm., vel de SS. Trin. si fest cad. in Dominicam. — Comm. oct. omittitur in festis I et II cl. (a 1-mis Vesp. incipiendo).
5. *In Festis sdx.* infr. Oct. occurrentibus *omitt. Suffr.* ad Laud. et Vesp., ac *prec.* ad Prim. et Compl.; — in Missa vero dictr. 2 or. Oct., 3 *Concede* (de BMV.) et Cr.; — infr. Oct. BMV. 3 or. *de Spir. S.* — *Votivae* celebrari possunt.
6. Quoties in Directorio pro tota Dioecesi indicatur Off. de Feria, Simplici vel Sabbatinum BMV., toties dicitur *Off. de infr. Oct.*

---

*) per antph et V. ex 2 Vesp., sed si praecedens officium est de aliquo festo, sequens autem de die infra oct., tunc e 1 Vesp.

7. *In Festo L1N.* propriae vel de Communi; *infra Oct.* et *in ipsa d. Octava* L1NF. *(i. e. de Script. occur.)* cum. RR. fer. curr.
8. Lect. 2-di et 3-tii Noct. sumuntur ex *Octavario Romano* (Gavanti) vel de *Communi,* aut repetuntur *ex festo.*
9. Indulgentiarum diebus nullae mutationes fiunt in Off.

II.

Numeris sequentibus designantur Ecclesiae parochiales, quarum clerus tenetur recitare officium de Titulo ecclesiae ac Patrono loci aliter, ac in Directorio pro tota Dioecesi iisdem diebus indicatum est. In parochiis, quarum mentio hic non legitur, nulla fit mutatio in officio recitando per totum annum:

1. *Dorotheae VM.* — Krasocin.
2. *B. Vincentii Kadłubek EC.* — Andreovia, eccl. pen. monaster.
3. *S. Joseph Sp. BMV.* — Bieliny.
4. *S. Benedicti Ab.* — Imbramowice.
5. *Annuntiatio BMV.* — Piotrkowice (Stopn.).
6. *S. Sepulchri Dni.* — Miechów.
7. *Ss. Philippi et Jacobi Ab.* — Drochlin.
8. *Inventio s. Crucis.* — Kielce, Poborowice.
9. *S. Floriani M.* — Czarnca, Korytnica.
10. *SSS. Trinitatis.*—Ćmińsk, Działoszyce, Iwanowice, Jędrzejów, N. M. Korczyn, Łętkowice, Słupia, Witów.
11. *Ss. Viti et Soc. Mm.* — Nasiechowice.
12. *Ss. Viti M. (nihil de Soc.).* — Uniejów, Narama.
13. *BMV. de perpetuo Succursu.* — Kozłów (Miech.).
14. *S. Ladislai Rg. C.* — Kargów, Szydłów.
15. *Visitatio BMV.* — Bogucice, Konieczno, Obiechów, Rogów, Leśniów.
16. *S. Procopi M.* — Krzcięcice.
17. *Ss. Redemptoris.* — Dom. 3 Iul. — Przeginia.
18. *BMV. de monte Carmelo.* — Brzegi, Strawczyn.
19. *S. Margaritae VM.* — Bydlin, Gorzków, Moskarzów, Pierzchnica, Smardzewice, Wzdoły, Żębocin.
20. *S. Mariae Magd.* — Chełmce, Chomętów, Dobrowoda, Dzierążnia, Gołaczowy, Koszyce, Kroczyce, Rokitno.

21. *S. Jacobi Ab.* — Chlewice, Cierno, Giebło, Kotuszów, Mieronice, Niegardów, Opatowiec, Pałecznica, Probołowice, Sędziejowice, Szczaworyż.
22. *S. Annae Matr. BMV.* — Bobin, Nawarzyce.
23. *Transfiguratio Dni.* — Białogon, Łukowa, Ogrodzieniec, Masłów.
24. *S. Laurentii M.* — Drugnia, Goszcza, Kluczewsko, Michałów, Sułoszowa.
25. *S. Joachim Patr. BMV. C.* — Włoszczowa.
26. *S. Hyacinthi C.* — Kroczyce, Leszczyny.
27. *S. Bartholomaei Ap.* — Chęciny, Chlina, Czaple Wielkie, Hotel Czerwony, Jerzmanowice, Stradów, Szczekociny.
28. *S. Augustini ECED.* — Suków.
29. *S. Aegidii Ab.* — Podlesie, Tarczek, Tczyca, Zborówek.
30. *S. Rosaliae V.* — Zagnańsk.
31. *Nativitatis BMV.* — Bolmin, Chechło, Goleniowy, Kozłów (Jędrz.), Książ Mały, Minoga, Piekoszów, Rachwałowice, Szreniawa, Wiślica, Żarnowiec.
32. *Exaltationis S. Crucis.* — Kielce, Kazimierza W., Kuczków, Luborzyca, Łopuszno, Sławków, Strzegowa.
33. *S. Theclae VM.* — Krzyżanowice, Wolica.
34. *Translationis S. Stanislai EM.* — Tumlin.
35. *S. Venceslai M.* — Irządze.
36. *S. Michaelis Arch.* — Chrząstów, Daleszyce, Grzymałków, Sokolina.
37. *Ss. Rosarii BMV.* — Nagłowice.
38. *Maternitatis BMV.* — Bolesław.
39. *S. Teresiae V.* — Jurków.
40. *Ss. Simonis et Judae Ap.* — Łączna.
41. *S. Martini EC.* — Cierno, Lelów, Pacanów, Poręba Dzierżna, Tarnawa, Wodzisław, Wrocieryż, Zadroże, Zagnańsk.
42. *S. Catharinae VM.* — Piasek Wielki, Przemyków, Sąspów, Secemin, Ulina Wielka, Wolbrom.
43. *S. Andreae Ap.* — Nawarzyce, Olkusz, Sieciechowice, Węgleszyn, Wrocimowice.
44. *S. Francisci Xaverii C.* — Gołcza.

45. *S. Barbarae VM.* — Kocina.
46. *S. Nicolai EC.* — Bebelno, Bejsce, Brzegi, Chełmce, Dębno, Dłużec, Imielno, Kidów, Kozłów (Jędrz.), Korczyn Stary, Kromołów, Lisów, Małoszów, Nakło, Oksa, Skała, Słaboszów, Wysocice, Zborówek.
47. *S. Stephani Protom.* — Mnichów.
48. *S. Joannis Ap. et Ev.* — Pilica, Pińczów, Secemin, Ociesęki.

J. M. J.

Januarius.

† 1. A. f. 3. **Circumcisio Dni,** dx. 2. cl. Omn. pr. Ad Laud. et HH. Pss. de Dom. (ad Prim. ut in Festis.) — In Mis. Gl., or. *unica,* Cr., Prf., et *Communic.* Nat. — Vespr. (pro loc.) de fest. ttm. Compl. Dom.

Hodie et cras prohibntr Ms. Def., excepta exsequiali.

2. A. f. 4. SS. Nominis Jesu, dx. 2. cl. Off. pr. Ad Laud. com. d. Oct. S. Stephani (pr. loc.) ttm. — In Mis. Gl., 2. or. *(in privat, ttm.)* d. Oct. S. Steph., Cr,, Prf. N. *(sola).* — Vesp. pr. loc. s. com. — Compl. Dom.

In omnib. octavis simplicibus prohibentr Mis. lectae tam votiv. priv., quam quotidianae Defunct.

3. A. f. 5. Oct. S. Joannis Ap. et Ev. spx. Ad Mat. Inv. et H. ut in festo. Ant. Pss. et V. *(omissis 1. et 2.)* fer., Lect. et RR. pr. l. — *Te Deum.* — Ad Laud. et HH. ant. et pss. fer., Cap. et rel. ut in festo, sine Suffr. et precib. — Mis. de festo, Gl., 2. or. *B., 3 Eccl.* vel pro Papa, 4 imp., s. Cr., (pro Secr. BMV. dictr *Tua Domine* e Mis. *Salve).* Prf. Ap. — Vesp. de fer. (ut in Psalt.), a Cap. de seq. *(ut in 1 Vesp. festi)* s. com. — Compl. fer. *(s. Suffr. et Prec.).*

4. R. f. 6. Oct. SS. Innoc. Mm., spx. Ad Mat. Invit. et H. ut in festo, Ant. Pss. et V. *(omissis 1. et 2.)*

fer. Lectt. et RR. pr. loc., *Te Deum* — Ad Laud. et Hor. omn. fer., Cap. et rel. ut in festo (*s. Suffr. et Precib.)* — in Mis. Gl., 2. or. *D., q. sal., 3 Ecclesiae.,* 4 imp., s. Cr., Prf. N. *Ite Mis. est.* — Ad Vesp. Ant., Pss. et Hymn. *ut in 1 Vesp. Circumcis., Cap. de Laud.* Vig. Epiph., V. Ant. ad *Magnif.* et or. pr., com. S. Telesphori PM., ttm. — Compl. Dom.

Cras prohib. Mis. Vot., nisi pro re gravi, et def., nisi praes. corp.

5. A. Sabb. *Vig. Epiph. priv.* 2. cl. De ea sdx. Off. *ut in Circumcis.* et pr., Ad Laud. et HH. Pss. Dom. (ad Prim. ut in festis), com. S. Telephori — In Mis., Gl., 2. or. S. Telesph., 3. *D. q. sal.,* (s. imp.) s. Cr., Prf. Nat., — Vesp. de seq. (pr.) ttm. — Compl. Dom. — Ad Compl. et p. t. Oct. Dox. pr.

Nota: *Per tot. Oct. seq. prohib. Mis. Vot. et Def.. excepta una praes. corp.*

Cras, Ante Mis. Maior. Benedic. *auri, myrr. et thur.* ex Rituali. Dein Processio.

† 6. **A. Dom.** *(vacat.)* **Epiphania Dni,** dx. 1 cl. cum Oct. *(privil. 2. Ord.)* Off. pr. — In Mis., Gl., or. unica, Cr. Prf. et Communic. pr. (p. t. Oct.) Vesp. de festo (pr.), — Compl. Dom.

Cras aper. Solemnitates Nuptiarum: sed infra hanc Oct. non dic. ipsa Missa votiva pro Sponso et Sponsa, sed Missa de die cum com. Missae Votiv., bened. post PATER et ITE MISSA EST.

7. A. f. 2 De 2. die infr. Oct. sdx. Omn. ut in festo et pr. Ad Laud. et per Hor. Pss. Dom. — In Miss. Gl., 2 or. *D., q. salutis.* (Secr. BMV. e Mis. *Salve), 3. Eccles. (or. imper. omitr p. t. Oct,)* Cr. — Vesp. de Oct. (ex 2 Vesp. festi, ad *Mag.* Ant. pr.) — Compl. Dom.

